 ipſi Electores reſtare, prout erunt diviſi in Cameris Deputatis ex-
pectantes obſervantiam Ordinis inquiſitionis armorum prędictorum.

Tratta dal Libro Misto
dell' Ecc.^mo^ C. di X. N.º 25. a pag. 13. per Comando,
ed uso degli Ecc.^mi^ Correttori.

Inquisizione per arme in M. C.

1491. Die 18. 9bris. in C. X.

Quum indecens eſt, quod unus Advocator, et unum Caput hujus Conſilii moveant se de M. C., et vadant in Cameras electionis, ut perquiri faciant si Electionarii habent Arma, et habentes illa puniantur, et exigantur pęnę ſtatutę per Leges tam Majoris, quam hujus Conſilii, ſicut per formam Legis captę in hoc Conſilio Diei 22. Aprilis proxime paſſi, sub debito ſacramenti, facere obligati. Propterea.

Vadit Pars, quod deinceps ipſi Advocator, et Caput auctoritate hujus Conſilii non teneantur ire in Cameras Electionis pro dicta inquiſitione armorum facienda, sed pro obſervatione Legum de armis non portandis ad M. C. Sit in libertate unius Advocatoris, et unius Capitis fieri facere inquiſitionem armorum ubi, et quando eis videbitur tam in Cameris Electionum, quam alibi, poſtquam M. C. fuerit Congregatum, et contra inobedientes, et portantes arma pęnę exigantur, et excutiantur, ſicut eſt ſapientiſſime captum, et Ordinatum.

1761. 19. 9bre.

Tratta dal Libro Misto dell' Ecc.^mo^ C. X. N.º 25.
a pag. 60, per Comando, ed uso degli Ecc.^mi^ Correttori.

Esecuzioni sommarie contro chi impedisce gli Arringanti.

1499. 5. Xbre in C. X.

Credatur ſimplici verbo Advocatorum, et Capitum contra ſupradictos impedientes etc.

In executione facienda per Advocatores, vel Capita hujus Conſilii contra impedientes Arengantes, Credatur ſolo verbo unius ex Advocatoribus, ſive unius ex Capitibus iſtius Conſilii affirmantis vidiſſe contrafacientes, contra quos nulla audita excuſatione, seu probatione, per Conſiliarios mittatur dictus Ordo executioni, ſicut obſervatur in noſtro M. C. circa hujusmodi credulitatem; et hęc Lex omni menſe legatur in